e-codices

Lectio ex commentario beati iohannis
crisostomi. Lectio prima.
Flagellauit ihesum pila
tus. fortasis cum ab
soluere uolens: et mi
tigare iudaicum zelum.
Studens eum eripere. et usque
ad hoc sistere uersutiam il
lorum: ideo flagellauit et fieri
que facta sunt concessit.
clamidem et coronam circum
ponere: ut cor molliat iram.
Propterea et coronatum edu
xit ad eos ut communicum quod
a militibus factum erat in eum
uidentes. parum respirent
a passione: et uomant ue
nenum. Non sic tamen ex
tincta est illorum ira: sed cla
mabant crucifige. crucifi
ge eum. Tu autem domine. Responsorium ii.
Tu uero non solum
audi hec: sed in men
te habe continue. Et regem
orbis terrarum. et angelorum ui
dens contumeliam patien
tem a militibus peruersa: per
res et omnia ferentem silen
tio: imitare per omnia ip
sa. Nos autem fratres non
solum legamus quod passus
est xpistus. sed et mente feramus
ea. coronam spineam. uec
timentum. calamum. alapas.
plagas. expuitionis pro
niam. Tu autem domine. Responsorium iii.
Sufficiencia sint hec
continue reuoluta.
iram nostram destruere. Et
si contumeliam et si iniu
riam paciamur: dicamus
continue. Non est seruus
maior domino suo. Et ea que
dicta sunt a iudeis proferamus
in medium. que loquebantur
rabiem pacientes.
et dicentes quia demonium
habes. et samaritanus es
tu. Et quia in beelzebub
eicis demonia. Tu autem. Lectio iiii.
Propterea enim hec
omnia sustinuit
xpistus: ut secundum eius semitam
gradiamur. et nos et contu
meliam feramus. Ipse
autem non solum tulit hec.
sed omnia egit ut saluet
et eruat a proposito qui feruebant
supplicio. Et apostolos
in corum misit salutem.
hec et nos zelemur. Nichil
enim propicium ita deum facit.

License: CC-BY-NC – Romont, Abbaye de la Fille-Dieu Romont, Ms. liturg. FiD 5, f. 117r – Cistercian Gradual
(http://www.e-codices.ch/fr/fdr/0005/117r)